

**Lectio XII. Gerundium. Czasowniki volo, velle; nolo, nolle; malo, malle; fio, fieri.**

1. Errare humanum est.
2. Vivere est militare.
3. Nihil agendo homines male agere discutunt. (Kolumella)
4. Breve tempus aetatis satis longum est ad bene honesteque vivendum. (Cyceron)
5. Gutta cavat lapidem non vi sed saepe cadendo. (metrum: heksametr daktyliczny)
6. Ut ad cursum equus, ad arandum bos, ad indagandum canis, sic homo ad duas res, ut ait Aristoteles, ad intellegendum et agendum, nascitur. (Cyceron)
7. Nubere vis Prisco: non miror, Paula: sapisti.  
Ducere te non vult Priscus: et ille sapit. (Marcjalis)
8. Si vis amari, ama. (SENEKA)
9. Quid tibi fieri non vis, alteri noli facere.
10. Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.
11. Errare mehercule malo cum Platone quam cum aliis vera sentire. (Cyceron)
12. Aut prodesse volunt aut delectare poeteae.
13. Quae volumus, libenter credimus.
14. Oratores fiunt, poetae nascuntur.
15. Haurit aquam cribro qui discere vult sine libro.
16. Servi aut nascuntur aut fiunt. Nascuntur ex ancillis nostris, fiunt aut iure gentium, id est ex captivitate, aut iure civili (*Corpus Iuris Civilis*).
17. Qui stultis videri eruditi volunt, stulti eruditis videntur.
18. Nihil enim fieri sine causa potest; nec quicquam fit, quod fieri non potest. (Cyceron)
19. Blanditia, non imperio fit dulcis Venus. (Publiliusz Syrus)
20. Quid est sapientia? semper idem velle atque idem nolle. (Seneka)
21. Idem velle atque idem nolle, ea demum firma amicitia est. (Sallustiusz)
22. Si dare vis aliis, non debes quaerere: vultis? (metrum: heksametr daktyliczny)
23. Multa ignoscendo fit potens potentior. (Publiliusz Syrus)
24. Studium discendi voluntate, quae cogi non potest, constat. (Kwintylian)
25. Si malum est dolor, carere eo malo satis est ad bene vivendum. (Cyceron)
26. Satis est beatus, qui potest cum vult mori. (Publiliusz Syrus)
27. Quicquid fit cum virtute, fit cum gloria. (Publiliusz Syrus)

28. Nulli se dicit mulier mea nubere malle

quam mihi, non si se Iuppiter ipse petat.

dicit: sed mulier cupido quod dicit amanti,

in vento et rapida scribere oportet aqua. (Katullus)

**NB.**

*Ars amandi* – *Sztuka kochania* (tytuł utworu Owidiusza poświęconego uwodzeniu)

*In statu nascendi* – W stanie powstawania, rodzenia się.

*Modus vivendi* – *Sposób życia*.

*Volens nolens* – *Chcąc nie chcąc*.

*Noli me tangere* – *Nie dotykaj mnie* (słowa Jezusa skierowane do Marii Magdaleny, której ukazuje się po zmartwychwstaniu, *Ev. Ioh. 20.17*).